









1705

1. Burger, Johann Jacobus : De mandato judiciali praesumptio.
2. Cracker, Magnus : De silentio principibus praesumptio.
3. Drezel, Joh. Georg : De fundamento normellarum actuum, quae ex obligatione a jure civili ac moribus praesumptas recepta, orientas.
- 4<sup>ae</sup> = Hildebrand, Henricus : Annus decretorum 1628 in instrumenti Pacis Casares - Suevici Articuli 4. inter Romanos. Catholicos. ex una, et Augustanae confessioni addictos ex altera parte. 2 Pars.
5. Hafmann, Joh. Conrad : De lucro societatis conjugalis unguo in Henning des Eheleute
6. Haber, Caspar Christianus : De penitus adventibus regulari non ordinario
7. Kachel, Johann Ludovicus : De mutatione status imperii matrimoniali

8. Puchler, Stephanus: De legibus principum imperii fide
9. Langius, Joh. Michael: De sepultura comitis.
10. Wagenschuis, Dr. Christophorus: De Fidei  
1706
- 1<sup>2</sup><sup>te</sup> Beck, Joh. Fideus: De conjugali debiti praestatione  
2 Exempl.
2. Bose, Joh. Taculus: De jure representationis colla-  
terationis in feud.
3. Fichtner, Johann Georgius: De dolo in fraudem legis
- 44<sup>te</sup> Heubrandt, Hariam: De dote repetenda constante  
matrimonio. 2 Bndk. 1706 = 1738
5. Hoffmann, Joh. Mauricius: De pancreate
6. Luepfer, Adam Ludovicus: De jure venandi ex  
generali investitura in subfeudum veluti concessa,  
sed respectu subinfeudantis circumscripto
7. Kogel, Stephanus Christophorus: De regulis creationis

8. Mullerum, Van Gunt : De pecunia

9. Spizius, Felix : Iohannes Cardus Tustinianus con-  
spectus.

1707

1. Brechtenthal, Petrus Jacobus : De jure barbarorum.

2. Fichtner, Joannes Georgus : De conditione et causis  
non debiti

3. Fichtner, Georgus : De imperatoris Pontificis univ-  
satis

4. Hildbrandus, Henricus : De praesumeratione super  
verum potestatem, libe pendente, facienda.

5. Hildbrandus, Henricus : De universis ordinibus imperii  
communis

6. Hoffmannus, Joh. Mauricius : Specimen physiologicum  
anatomicum secretionis animalis.

7. Kuelern, Jo. David : Specimen archilogiae Romanae

8. Langens, Joh. Christoph: De versione novi testamenti  
barbaro. Graeco.
9. Luthers, Georgius Gualtherus: De testamentis  
principum absque solemnitate validis
10. Mylius, Franciscus Ludovicus: De remissionis sententiarum  
executionem imperialibus
11. Werner, Adamus Balchus: De errore ius faciente





11  
31  
1705 10

De  
**JUDÆIS**

CIRCULARIS DISPUTATIO.

QUAM,

DEO BENE JUVANTE

DISCUTIENDAM PROPONUNT

A. D. XVI. SEPTEMBRIS A. MDCCV.

PRÆSES

Jo. CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS,

J. V. D. PUBLICI, ITEMQUE CANONICI JURIS,

NEC NON LINGUAR. ORIENT. IN HAC ALTDORFINA

ACADEMIA PROF.

AC RESPONDENS

M. ANDREAS WEBERUS,

HELDBURGO-FRANCUS.

---

JODOCUS WILHELMUS KOHLESIUS  
EXCUDIT.

LIBRIS

CHRISTOPHORI WAGNERII

Die Christophori Wagnerii

Christophori Wagnerii

Jo. Christophori Wagnerii

Jo. Christophori Wagnerii

M. ANDREAS WAGNER

Joannes Wagnerii



DE JUDÆIS  
DISPUTATIO.

**I**udæorum, sacra olim, quamque DEUS propriam sibi dicaverat, gentis, sed quæ nunc per terrarum orbem, misera & egena, ac adeo fere sine Numine palatur, qualis in præsentia sit conditio, in disquisitionem vocare, omnino operæ pretium est.

II. Ecquales Judæorum appellatione censeantur, vix quenquam mortalium latet, estque inter omnes notum, significari homines, qui genitalia circumcisa habent, & Mosaicam Legem mordicus tenent.

III. Nominis originationem Tacitus in ultimo Historiarum libro ab Ida Cretæ Insulæ monte arcessit, quasi nimirum secundum hunc Idæi, & aucto in barbarum cognomento, Judæi vocati fuerint. Nobis ex Sacris Literis constat, populum qui primitus ab Eber Semi nepote *Ebrai* dictus fuit, postea ab Israël Abrahami nepote *Ivælitæ*, & denique a Juda quem iste ex Lea suscepit filio, *Judeos* vocatos esse.

IV. Istam nationem ob blasphemias quibus Christum continue allatrare dicitur, minime inter Christianos tolerandam, sed penitus ultra Garamantas & Indos in Australes nondum cognitæ Insulas abigendam esse pridem multi arbitrati sunt, quorum sententiam pronuper acerrime defendendam suscepit *Christianus Neubaur* Illustris Vir, & in Incluta Bremensi Vrbe supremam præfecturam bellicam gerens, noster cum quo colluctamur, Adversarius, ei enim assentiri, pietas, & charitas, quæ, ut S. Augustinus in lib. I. de doctrina Christiana loquitur, *sibi invicem homines modo unitatis astringit*, prohibent.

V. Tum vero æquum est, ut Deus ipsius Exemplum imitemur, qui Judæos tolerat, quem tamen omnium primum de eorum maledictis, quibus Filium suum impetunt, pœnas sumere debere videtur.

Quin, voluit ille, ut Judæi in hac ultima captivitate ubique dispersi varentur, cum priores quas perpeffi sunt, ad Ægyptum & Babylonem restrictæ essent. Quis autem Supremo Numini temere adversetur? Accedit, quod confidentissime speramus, futurum adhuc ante mundi finem, ut Judæi missis superstitionibus suis, veritatem amplectantur.

VI. Proinde, nostra sententia, semel in tutelam recepti Judæi, nequam expellendi sunt, si nimirum quiete vitam agunt, a contumeliis in CHRISTUM, sanctamque ejus Matrem, & religionem Christianorum ingerendis abstinere, nemini scandalum præbent, haud immodicum fœnus exigunt, nec simplices Christianos in errores suos inducere laborant. Neque enim, quod probe Innocentius III. Papa in c. 17. in Extrav. de Judæis & Saracenis ait, *ingrati nobis esse debent, ut reddant pro gratia contumeliam, & de familiaritate contemptum, & misericorditer in nostram familiaritatem admissi, nobis illam retributionem impendant, quam (juxta vulgare proverbium) mus in pera, serpens in gremio, & ignis in sinu, suis consueverunt hospitibus exhibere.*

VII. Falluntur vero, qui Judæos veros Christianorum Servos esse statuunt. Quippe satis constat, ipsos jure communi civili, & jure statuario illius loci ubi degunt, uti, bona propria possidere, liberos habere in potestate, commercia exercere, inter se & cum aliis contractus inire, ac omnia propemodum facere posse, quæ Cives Romanæ Reipublicæ peragunt: hæc autem univèrsa a Servis aliena sunt. Unde nec illorum probamus opinionem, qui Judæos infamia juris notari contendunt, etsi a facti infamia, quia portæ dignitatum iis clausæ sunt, nec ad munera & honores aut in familiaritatem insignium virorum admittuntur, non omnino immunes existunt.

VIII. Num Christiani pupilli tutor esse possit Judæus, anceps quæstio est, & multi affirmativam tenent, ob l. 15. §. 6 ff. de excusat. tut. in qua Modestinus diserte ait: *Jam & Judæi non Judæorum tutores erunt, sicut & reliqua administrabunt.* Istis tamen alii repugnant, causantes, facile ob frequentem cum Judæo tutore conversationem pupillum Christianum perverti posse, nec esse verisimile, illi fide-

fidelem futurum eum, qui crucis Christi est inimicus ; provocantes infuper ad l. fin. C. de Judæis, quæ Judæis *omnes administrationes & dignitates interdicit*, quod de tutela quoq; accipiendum esse opinantur.

*IX.* Illud non inviti concedimus, Judæos, ut Jure Civili Romano promiscue utantur minime cogendos esse, maxime in iis casibus, cum Mosaica Lex Romano Juri adversatur, & tanto magis, quando homines illi inter sese disceptant. Simili ratione nec Canonicum Jus ad Judæos valde attinet. Hactenus igitur inter Judæos & Hæreticos discrimen est, hos enim Ecclesia Romana ad suam curam pertinere asserit, Judæos vero minime, ac proinde iis in Statu Ecclesiastico habitatio conceditur, quo privilegio Hæretici destituuntur.

*X.* Postulat sana ratio ut inter Christianos agentes Judæi salvo conductu fruantur, & quoad corpus, vitam, facultates, Religionem quoque, ab omni violentia tuti sint. *Christianis qui vere sunt vel esse dicuntur, specialiter demandamus, ut Judæis ac Paganis quiete degentibus, nihilque tentantibus turbulentum legibusque contrarium, non audeant manus inferre, religionis auctoritate abusi, Imperatorum Honorii & Theodosii in l. 6. C. de Paganis rescriptum est. Nec alia Pontifici Clementi III. mens fuit, quam c. 9. §. nullus, Extra de Judæis, his verbis declaravit: Nullus Christianus Judæorum quemlibet, sine judicio terrene potestatis, vel occidere vel vulnerare, vel suas pecunias auferre præsumat, aut bonas, quas hactenus habuerint consuetudines, immutare.* Ex his consequens est, Judæum hominem vim sibi illatam, vi repellere, & in usum si aliter se tueri non possit, vulnerare & adeo occidere posse. Quin & illud exinde inferimus, Judæi interfectorem, haudquaquam mitiore pœna, quam qui Christianum peremit, afficiendum esse.

*XI.* Bona legitime acquisita, si quis Judæo sine justa & legibus probata causa auferat, licitum huic iisdem modis quibus Christiani adversus fures, prædones ac raptores gaudent, quod suum est vindicare.

*XII.* In iis locis ubi Judæis conceditur, ritibus suis & ceremoniis, citra tamen Christianæ religionis contumeliam & contemptum, uti,

minime in sacris suis turbari ac impediri debent : quin nec Sabbathico, aliisque suis festis diebus, in jus vocandi. Synagogas veteres incolumes servare, aut ruinosas reficere, iis concedendum, novas vero temere erigere haud item.

*XIII.* Si Judæus Christianum simplicem ad suam superstitionem pelliceat, ac ei autor existat, ut religionem Christianam deserat, poena graviter in eum animadvertendum; nefas quoque est nostris moribus, Judæo homini cum Christiana muliere, aut Christiano, cum Judaica foemina matrimonium contrahere. Quod si ab initio inter Infidèles matrimonium initum sit, atque unus postea eorum ad Christianam fidem convertatur, non dirimitur conjugium, quamdiu infidelis cum fideli conjuge pacifice ac sine scandalo habitare vult; simul ac vero illum seducere conatur, & Christianam religionem maledictis profcindit, separationem etiam quoad vinculum concedere Magistratui permittitur.

*XIV.* Contractus usurarii Judæorum quatenus usuras quincunces in Recessibus Imperii concessas, excedunt, non magis sustinentur, quam si a Christianis initi fuissent, ita tamen ut non penitus, sed tantum quatenus quincunces usuras exsuperant, vitiosi declarentur.

*XV.* Matrimonia secundum Legem Mosaicam & mores proprios contrahere, ac per divortium sive repudii libellum dissolvere, Christianus Magistratus Judæis fere potestatem facit, a polygamia vero suis quoque institutis abstinent.

*XVI.* Judæum ex Juramento sive Confirmatorio, sive Promissorio in judiciali foro obligari, firmiter tenendum est, invocat enim DEUM testem perjuri vindicem, quin & pejerando ad temporales poenas sese obligat.

*XVII.* Judæum contra Christianum haud facile testem producere licet, nisi eo casu quo omnes alia probationes deficiunt, vel in productionem Judæi, Christianus, contra quem assertur, consentiat.

*XVIII.* Num Judæus ex testamento Christiani hereditatem, legatum aut fideicommissum petere possit, in utramque partem disputari solet. Qui Negativam tuentur, præcipue provocant ad *l. i. C. de Judæis*,  
in qua

in qua Antoninus Imperator, quod Cornelia Salvia Judæis in Antiochiensium civitate constitutis legaverat, eos petere prohibet. Affirmativæ sententiæ patroni urgent, Judæos jure Quiritium cenferi, atque sic a testamentorum dispositionibus excludi non posse, præcipue cum aliud legibus non sit constitutum, & Antonini interdictum non ad Judæos singulos, sed ad universitatem sive collegium eorum atineat.

*XIX.* Judæi civitatem aliquam incolentes, omnia onera subire coguntur, quæ Christianis ordinarie vel extraordinarie imponuntur: cum vero aliquid deliquerunt, non gravioribus quam quæ Christianis irrogantur pœnis in eos animadvertendum est. Hinc simplex fornicatio Judæi cum Christiana, si raptus & violentia absint, neutiquam extremo supplicio, sed pœna arbitraria punienda. Modum ergo omnem excedit immacitas, de qua in Theat. Vitæ Hum. in voce Homicidium legitur: *Anno Christi 1530. Judæus Prage in Bohemia, quod cum Christiana rem habuisset, dolo picato per foramen virile pudendum indere jussus, serrato & obtuso cultro juxta apposito. Cum vi caloris torque-retur, sibi ipsi partes per quas peccaverat, amputavit: cumque cruentus fugeret, immixtis atrocissimis canibus laceratus est.*

*XX.* Ratione destituitur, quod nonnullis placet, Judæos si ad Christianam fidem se convertant, hoc ipso scelerum ante commissorum veniam & impunitatem consequi. Interest enim Reipublicæ ut delicta coërceantur, nec sanctum Baptisma malefactoribus præbere debet patrocinium, aut facinora, spe remissionis, provocare.

*XXI.* Supremum nefas est, Judæos ad Christianam fidem & Baptismum per vim cogere. Religio enim imperari non potest, & circa eam etiam sumorum Imperantium facultas deficit. Simili ratione nec liberi Judæorum invitis parentibus auferendi, & Christianis sacris imbuendi.

*XXII.* Judæorum liberi baptizati ex potestate patria exeunt, atque ab ea liberantur, puta quoad onera & incommoda, non verò quoad commoda & utilitates. Idcirco omnia jura agnationis & cognationis, tam ab intestato quam ex testamento retinent, nec a successione per ullam testamentariam dispositionem excludi possunt. Nec enim Judæi

cum

cum Christiani facti sunt, deterioris debent esse conditionis, quam cum Iudei fuerant, atque iniquissimum foret, si Baptismus in nocuum cedat, et si in Romana Ecclesia hoc obtinet.

*XVIII.* Voto finienda est Disertatio, ut *DEUS* æternus, ex machina Iudeorum misereatur, & tandem ratas esse jubeat preces, quas *FILIUS* ejus in cruce pendens, pro iis magno cum clamore fudit. Amen! Sela!

ΕΠΙΜΕΤΡΑ.

1. **N**on probat se nobis illorum Christianorum institutum, qui Judeos certis notis in vestibus a reliquis mortalibus sese distinguere cogunt.
2. Uti nec eorum, qui tesseras lusorias ab iis extorquent.
3. Falsum est, Judeos Christiano sanguine mysteria facere.
4. Falsum est, quendam Judeum immortalem, inde a Christi passione, ejus testem, per Orbem terrarum circumambulare.
5. Falsum est, quod vulgo plerisque videtur, Judeos *CHRISTUM* Servatorem nostrum in Synagogis assidue conviciari ac blasphemis proscindere, itemque Christiano Magistratui maledicere.
6. Nec minus falsum est, Talmud Iudeorum ex meris impie dictis, liturgis, ac fabulis esse consarcinatum. Quin nos, post Sacras Literas, Talmud omnibus quot quot extant libris, præferimus.
7. Similiter falsum est, Judeos armos posteriores pecudum, quos Christianis vendunt, prius aqua immunda inquinare, & sædum in modum conspurcare.
8. Immerito Christiani de Iudeorum usuris querimus, cum earum causa magna simus.
9. Eadem prope ratio baptizatorum Iudeorum a Christiana fide apostasia, nam & in hanc immerito tantopere invehimur, cum similiter ipsam valde promoveamus.
10. Jejunium Quatuor Temporum, quale in hanc ipsam *XVI.* Septembris diem incidit, si cum religione suscipiatur, quia in antiqua Ecclesia obtinuit, summo opere commendamus.

Post *Cruce*, post *Cineres*, post *Spiritus* atque *Lucia*,

Sit tibi in angaria quarta sequens feria.

**F I N I S.**



ULB Halle  
001 944 55X

3




S. 6.

VD 18







Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

11

31

1705 10

De  
**TUDÆIS**  
 CIRCULARIS DISPUTATIO.  
 QUAM,  
 DEO BENE JUVANTE  
 DISCUTIENDAM, PROPONUNT  
 A. D. XVI. SEPTEMBRIS A. MDCCV.  
 PRÆSES  
**CHRISTOPHORUS WAGENSEILIUS,**  
 D. PUBLICI, ITEMQUE CANONICI JURIS,  
 C. NON LINGUAR. ORIENT. IN HAC ALTDORFINA  
 ACADEMIA PROF.  
 AC RESPONDENS  
**M. ANDREAS WEBERUS,**  
 HELDBURGO-FRANCUS.

---

JODOCUS WILHELMUS KOHLESIVS  
 EXCUDIT.

